

Quo genere neruis quoque prodest. Cœliacis infunditur perungi ante accessiones frigidas nitro & oleo multi pcept. Sic & aduersus lepras lētigines. podagricis in balneisuti folia nitri pdest: atrophis opisthoronis: tetanis: Sal & nitru sulphuri concoctum in lapidem uertitur.

De spongiarum natura: Cap. xi.

**S**pongiarum genera diximus in naturis aquatiliū marinorū. Quidam eas ita distinguunt: Alias ex iis mares existimauere tenui fistula spissioresq; perforbentes: & quæ tinguntur in deliciis aliquando & purpura. alias scēminas maioribus fistulis ac perpetuis: E marib⁹ duriores alias quas appellant tragos tenuissimis. fistulis æque densissimis. Candidæ cura fiunt: e mollioribus recētes per æstatem tinctæ salis spuma. ad lunā & pruitanias sternūtur inuersa: hoc ē qua parte adhæserē ut candorē bibant. animal esse docuimus etiā cruore inhærente. aliqui narrāt: & auditu regi eas: cōtrahiq; ad sonū: exprimentes abundantia humoris: nec auelli auelli petris posse ideo abscedi & sanie emittere. Quin & eas q̄ ab aquilone sint genitæ pferūt cæteris nec usquā diuti⁹ durare spiritū medici affirmant. Sic & prodesse corporibus. quia nostro suū misceant. & ideo magis recētes magisq; hūidas. Sed minus in calida aqua minusq; unctas. aut unctis corporibus impositas. & spissa minus adhærescere. mollissimū genus earū penicelij oculoꝝ tumores leuant ex muiso impositi. itē ab stergēdæ lippitudini utilissimū. eam quæ tenuissima est mollissimā quoq; esse oportet. imponūt spōgia ipsæ epiphoris ex posca: & ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero recētes discutiūt molliū: mitigant. Veteres conglutinant uulnera. Vsus eaz̄ abstergenda: fouenda: operiēda a fota dū aliud imponatur. Vlcera quoq; humida & senilia in. positæ siccant. Fracturæ & uulnera spūgiis utilissime fouentur. Sanguis rapitur insecādo ut curatio pspici possit. & ipsæ uulnerū inflātionib⁹ imponūtur: nunc sicca nunc ex aceto inspersa: nunc e uino: nunc ex aqua frigida ex aqua uero cælesti impositæ secta. Recētia nō patiūntur intumescere imponūtur & integris partibus & flutione occultā laborantibus q̄ discutienda sunt. & iis quæ apostemata uocant. melle decocto perunctis. itē articulariis alias aceto salso madidæ: alias e posca. Si ferueat impetus ex aqua eadē callo salsa madidæ. at cōtra scorpionū ictus ex aceto In uulnerū curatione & succidæ lanæ uicem implent. nunc ex uio & oleo nunc ex eadē. Differentia hæc q̄ lanæ emolliunt spongiæ coercent rapiuntq; uitia ulcerū. Circūligāt hydropicis. sicce: uel ex aqua repida poscaue utcunq; blandioribus opns est opeririue aut siccate cutē imponuntur & iis morbis: quos uaporai oporteat: feruenti ex aqua persusa expressæq; iter duas tabulas. Sic & imositæ stomacho profunt: & in febris contra nimios ardores. Sed splēiticis e posca ignib⁹ sacris ex aceto efficaciores quando aliud imponi oporteat: sicut ut sanas quoq; partes spatiose operiāt Sanguinis profluuiū sistunt ex aceto: aut frigida. liuorē ab ictu recēte ex aqua salsa calida sæpi⁹ mutata. Tolluntq; testiū tumorem dolorēq; ex posca ad canū morsus utiliter concisæ imponuntur: ex aceto aut frigida. aut melle abunde subinde humectandæ africanæ cinis cū porri sectiui succo sanguinē reiicientibus haustu salis ex frigida prodest. idem cinis cū oleo uel aceto fronti illitus tertianas tollit. priuatim africanæ ex posca tumore discutiunt. omniū autem cinis cū pice crematarū sanguinē sistit uulnerū. aliqui raras tantū ad hoc cū pice urunt. Et oculorum causa corburuntur in crudā olla sigulini operis. plurimū proficiente eo eo cinere contra scabrias genarū excrecentesq; canes: quicquid opus sit ibi destringere: spissare: explere. utilius in eo usu lauare cinerem. præstat & strigilū uicem lintheorūq; affectis corporibus. & contra solem apte protegunt capita. medici iscitia ad duo noia eas redegere africanas: quæ firmitus sit robur. Rhodiacaq; ad fouendū molliores. nunc autem molliorū circa muros antiphelli urbis reperiuntur. Trogus auctor ē circa lyciā penicillos molliissimos nasci in alto unde alatae sint spongiæ. polybius super ægrū suspensos quietiores facere nō ctes nunc præuertemur ad marina animalia & aquatilia.

CAPITULUM PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER. XXXII. PROOEMIUM.

Medicinæ ex aquatilibus.

**Q**uentum est ad summa naturæ exemplorumq; per rerū ordinem: & ipsū sua spē occurrit immensum potentie occultæ documentū: ut prorsus nec aliud ultra q̄ ri debeat: nec par aut simile possit inueniri: ipsa se uincēte natura: & qdē nūero sis modis declarate: Quid enim uolentius mari uentisue: & turbinibus ac pcellis quo maiore hoium ingenio in nulla sui parte adiuta est. q̄ uelis remisq; addatur & reciproci ætus inenarrabilis uis: uersumq; totam mare in flumen.